



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quid sit hæresis & quare sic dicta cap. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

uis non omnes teneantur ad fidē explicitam omnium, quę credenda sunt, nullus tamen præcepto fidei per solam implicitam satisfacit. Vtraque namque necessaria est, & explicita quidem omnium articulorum fidei, quæ ad humilitatem, & Christi diuinitatem spectant, implicita vero aliorum omnium quę credit Ecclesia.

Quid sit hæresis, & quare sic dicta. Cap. 3.

Hæresis Græcè, Latinè electio dicitur, quasi fides sive ex propria hominis voluntate electa. Definitur sic: Hæresis est * error pertinax hominis Christiani, fidei Catholicæ ex parte contrarius. Ex quibus verbis habent quinque ad hæresim esse necessaria. Primum est error, vel existentia, aut veri pro falso, aut falso vero. * Secundo, necesse est,

quod talis error sit contrarius ei,
quod tenet, vel docet Ecclesia.
Tertiò, quod non aduersetur om-
nibus, quæ fidei fiunt, sed ex parte,
contra aliquas veritates duntaxat.
*Quartò. Quod sit Christiani, id
est baptizati alioquin non dicitur
hæresis. *Quintò, Quod tali erro-
ri pertinacia adhæreat. Est enim
hæc pertinacia adeò necessaria,
quod sine illa nunquam sit hære-
sis. Pertinacia autem tunc est quâ-
do contra Ecclesiam aliquid esse
cognoscitur, & nihilominus susti-
netur, aut defenditur.

*Quibus modis peccetur peccato
hæresis. Cap. 4.*

Tripliciter quis peccare pec-
cato hæresis potest. *Primo
tantū interius, cū in corde
habet aliquid erroneū cū pertina-
cia circa materiam fidei. * Secun-
do. Exterius tantum, cum quis in
corde retinens fidei veritatem, ex-